Propositiones quæ fiunt vel ab Imperatore vel nomine Imperatoris solent fieri in coi omnium Statuum congregatione

In eadem audiuntur Pontificis ~~legati~~ Max. vel exterorum Regum legati

In eadem postremo legunt. recessus Comitiorum

Factis vero propositionibus Status diuidunt se in tria consilia

Primum est Electorum

Secundum Principum

Tertium Ciuitatum

In consilio electorum præsidet Archiep. Moguntinus ita ut suffragia aliorum Electorum exquirat et ipse suffragium suum postremo loco ferat. Interrogat autem primo Archiepm Ireneren. mox Colonien. deinde Co: Palatinum, Postea Ducem Saxoniæ Demum Marchionem Brandeburgen. Postremo interrogatur ipse a Duce Saxoniæ tang. Archimarescalcus Imperij

Si quid proponendum est nomine Consilij Electorialis ad id munus deputat. semper Archiep. Moguntinus qui est Dux ~~ter~~ Verbi; et Co: Palatinus qui ei assistit

Similiter Moguntinus vel cancellarius eius proponit oia ea quæ nomine uniuersorum Statuum proponenda sunt.

In Consilio Principum luctant de præsidentia Archidux Austriæ et Archiepiscopus Salisburgen. Tandem in hoc conueniunt ut alternis diebus modo hic modo ille præsideat

Præsidentia autem illa in hoc tantumodo consistit ut is qui præsidet primus omnium ferat suffragium suum et demum omnibus auditis recolligat et recuiet in quam sententiam maior pars suffragiorum videat inclinare Item ut deinde proponat quidquid aliquid nomine principum duntaxat proponendum venit

Cæterum nova non exquirit ipse, sed Marischalcus Imperij Nobilis quidam qui ut plurimum more Ducis saxoniæ ensem nudum ante Imperatorem gestare solet

Is ita

Is ita interest consilio Principum ut perpetuo stet in medio deinceps capitis et interroget Principes alternatis vicibus modo ex parte dextra modo ex sinistra a primis usque ad ultimos pro ut quisque prior sessionem suam arripuerit

In illud consilium ingrediunt oes illi qui habent titulum Principis simplicis non electoris ut sunt oes Archiepi et Epi. Magister Ordinum Teutonicorum et Liuoniæ. Ac Prior ordinis S. Joannis Item quidam Abbates ac prepositi maiores qui ex speciali priuilegio Appellantur Principes Deinde omnes Duces Marchiones, Landgrauij Burggrauij et quidam Comites maiores qui simul ex speciali priuilegio dignitate Principis decorati sunt

Ex hisce omnibus singuli habent singula sua suffragia

Sequunt. deinde Abbates et Præpositi minores non Principes qui oes simul iuncti non habent nisi duo suffragia Item Comites minores non Principes una cum Baronibus simil. oes simul, duo tm habent suffragia. Et hæc de consilio Principum

In consilio Ciuitatum duo sunt scamna ut appellant. Primum est Ciuitatum Suevicarum. Secundum Rhenensium. Dicunt aut Suevicæ et Rhenenses quia longe maior pars Ciuitatum ex illis regionibus est. Quibus deinde reliquæ tang. auctuarium quoddam accedit.

Hæ similiter in actibus suis solent inter se alternare Et inter Suevicas primum locum obtinet Ratisbona tang antiquissima inter Rhenenses Colonia

Eaque nomine Ciuitatum aliqui proponenda sunt iniungunt ut plurimum ab ipsis deputatis Ciuitatum alicui ex numero qui videt. inter ceteros prudentia et facundia potissimum eminere Qualis nostra memoria fuit Jacobus Sturmius Argentinensis omnium sui sæculi Ciuitatensium longe Princeps.

Pobleaq in comum ergo congregatione proposita in singulis deinde tribus hisce consiliis examinata sunt. Electores primum omnium negant se communicare cum solo ~~pri~~ consilio principum recusat ellis quid ipsis videat audiuit rursus quid illi inter se deliberauerint Si adest aliqua contrarietas. vel diuersitas secedunt rursus quilibet in locum sui consilij